



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 21. Classis ab Italiæ Principibus & Hispaniæ Rege contra Turcas  
instructa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.  
A. C. 1601.

§. XXI.

*Classis ab Italia Principibus & Hispaniæ Rege contra Turcas instructa.*

*Sagredo l. c.*  
*Thuan. hist.*  
*l. 126.*  
*Daniel hist.*  
*de Franc.*  
*liv. 10.*

Nec magis proficua Cæsari erat classis ab Hispaniæ Rege & Italia Principibus adornata: quippe Rufus Ordinum Ductor natione Gallus Principi Aurix persuadere nitebatur, Algerianam expeditionem oppido facilem fore, eoquod urbs excubiis minus caute custodiretur, atque ineunte Mense Junio relictis duntaxat duobus millibus ceteri Prætoriani ad vectigal exigendum per integrum bimestre excurrerent, oppidanis quoque ad messem colligendam huc illucque dilabentibus: proin urbs omni fere præsidio nudata admotis quatuor onerariis navibus facile occupari posset, captivis Christianis ardentem in opem volantibus. Placuit Aurix hoc consilium, moxque Rufum ad Philippum Hispaniæ Regem ablegat, qui missis in Africam Viris, cum consentanea Rufo referrent, milites a Fontano conscriptos triremibus navibusque ex Neapolitano regno & Sicilia advectis unacum reliquo apparatu imponi iussit, totius classis imperio Aurix Principi demandato. Attamen fors ex invidia Sici-

Siciliæ Proregum, quibus Rex arca-  
 num hoc consilium, ut res silentio ma-  
 gis religioso tegeretur, nequidem com-  
 municabat, triremes tarde admodum  
 & nonnisi die prima Junii Messanam  
 convenerant. Postea Princeps Auria  
 triremibus, quas Carolus ejus Filius  
 ducebat, præmissis cum Prætoria, sex  
 Reipublicæ Genuensis, & quatuor Ma-  
 gni Etruriæ Ducis navibus die decima  
 octava Julii Messanam appulit. Neapolita-  
 næ autem triremes, quibus Petrus Toleta-  
 nus præerat, necnon Hispanæ sub Buen-  
 diæ Comite nonnisi die quarta Julii  
 Drepanum advenerant, quo etiam E-  
 truscæ & Siculæ ductore Petro de Leva  
 adjungebantur, præter Melitensium &  
 Genuensis Reipublicæ navigia. Hæc  
 classis instructa dicebatur, eo quod Chri-  
 stiani ibidem capti, ac liberatis cupidi  
 prius clandestina cum Genuensibus con-  
 silia fovissent, & Nicolaus Stampa Son-  
 cinensis Marchio, qui ipse locum  
 lustraverat, rei feliciter gerendæ occa-  
 sionem haud longe positam esse nun-  
 tiasset. Ergo singulari mentium ac  
 manuum contentione, præparatis &  
 expeditis, quæcunque exscensionis ac  
 certanimi necessaria visa forent, die  
 prima Septembris Dux in conspectum  
 urbis faventibus ventis decurrit, atque  
 in loco exscensionis percommodo subsi-  
 stens

Sæc. XVII.  
 A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601. ftens ex condicōto adventus sui signa edit; cum vero Christiani incolæ vicissim respondere negligenter, ac nocte insequente mare tantopere intumesce- ret, ut citra certum exitii periculum nullo in loco exscensio fieri posset, hinc confestim omnis prosperi successus spes evanuit, totaque classis die quarta Sep- tembris revulsis anchoris, expansisque pleno sinu velis sese ab urbe longius in altum abstulit, Gymnasiamque repe- tiit, ubi Navarrhis in consilium vocatis decretum, frustrata temporis oppor- tunitate expeditionem in tempus com- modius differendam esse. Tam dispen- dioso igitur apparatu nihil aliud effe- ctum, nisi ut inde Albanix, Bosniæ & Africæ Præfecti eluctato periculo cau- tiores redderentur, quin propterea ul- lum Cæsari vel Hungaris emolumentum ex imminuenda belli mole accederet.

## §. XXII.

*Aquensis Senatus decretum contra loci Archiepiscopum.*

**H**aud minus hoc anno in Galliis tota Provincia turbabatur ob grave dif- fidium, quod inter Paulum Huraltium Aquensis Urbis Archiepiscopum, & Sena- tum ortum est; cum enim Joannes Imber- tus Arelatensis Sacerdos puerum sexen- nem ad nefandam libidinem persuasum raptu

*Thuan.*  
*lib. 126.*  
*Abrege*  
*Chronol.*  
*Siecl. XVII.*